

3390 Terniaci [= Tregnago] in via.

V · F
SEX · CLODIO · FESTO
VI · VIR · AVGVST · ET
AGGONIAE · MARCELLAE
5 VXORI · EIVS · ET
CLODIAE · AMANDAE
LIB · LICINIUS · PATER

Servavit Antiquus; scilicet habent Felicianus cod. Tarvis. f. 219, item in syll. n. 132; Marcanova Mut. f. 127 agri n. 43; Iucundus f. 193 n. 63; Sanutus f. 83; Sarayna Lat. f. 45, Ital. f. 74' (inde Panvinius p. 224; Grut. 392, 2 ex Sarayna et Onufrii schedis).

Vv. divisio est Sarayniana. — 1 om. Sar. (Ital.). — 4 AGGONIAE Fel. Marcan. Iuc., AGGORIAE Sar. (Lat.) Panv. (ms.), AGGORIAE Panv. (ed.), EGERIAE Sar. (Ital.) Grut. — 6 AMANDAE om. Felic. (syll., non Tarvis.; habetque Ferrar.). — 7 LICINVS Panv. (ed., non ms.) ex em. — PAT Sar.

3391 inter Veronenses.

L · COELIVS
VALERIVS
HERENNIE
MAXIMAE
5 LDDD

Venturi ms.

3392 Veronae ad aedem S. Maximi MARCAN. (BERN.). Ibi prope [praecedit 'prope S. Salvatore'] in via FELIC. similiterque MARCAN. (MUT.). *Di S. Euphymia sui chaliari* GAMM. LIL. similiterque *in sancta Fomia* RED. SAR. CAR. In contrata S. Thomae SAN. In saxo vulgo nuncupato *la Carega* PAL. Apud ecclesiam S. Mammae ubi dicitur *la Cadegra* LISCA. Deinde in museo philharmonico n. 178.

C · CORNELIVS · C · L · HANNO
IIII · VIR · SIBI · ET
CAS · TO · ET · DOMESTICO · L
T · F · I
subsellium

Contuli. Habent Marcanova Bern. n. 643; Felicianus n. 29; Marcanova Mut. f. 120 n. 42; Ferrarinus f. 10; Redianus f. 63 n. 8; Gammarus f. 125; Lilius f. 34'; Iucundus f. 65 n. 16; Apianus 333, 1 (inde Smet. 160, 16); Mur. 694, 2 ex schedis com. Brembati; Bononius cod. Tarv. a. 1517; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 48, Ital. f. 79 (inde Grut. 395, 3 ex Sarayna et Carottae schedis Scultetianis); Panvinius p. 87; Carotus f. H'; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Lisca et Cozza p. 242; Maffei M. V. 117, 3 (inde Donat. 250, 10).

1 v hodie deest defuitque item tempore Liscae, habent antiqui omnes.

V

3393 Veronae in moenibus vetustissimis S. Michaelis a porta loco privato ANTIQUI; in penu iuxta portam Bursaream SARAYNA.

CN · CORNELIVS · CVRVINI
L · NERITVS · VI · VIR · AVG
SIBI · ET · CLODIAE · TONNIANAE
L · CHRESTAE · CONTVBERNAL

Servavit Antiquus. Habent Scalamentius (cod. Tarvis. f. 97 n. 20); Felicianus n. 26 (ubi Saraynae lectiones adscripsit m. 2 in libro utroque Marciano et Ver.); Marcanova Mut. f. 118 n. 21; Ferrarinus f. 8'; Iucundus f. 66 n. 39; Apianus p. 332, 1; Sarayna Lat. f. 46, Ital. f. 79 (inde Panvinius p. 225; Grut. 396, 7 ex Sarayna).

Vv. divisi ad Saraynam (Ital.). — 1 CN Sar. — CVRVINI antiqui plerique, QVIRINI Iuc. (sed CVRVIM Sanut.), Q · CORVINI Sarayna cum suis. — 2 F pro L emendatur apud Saraynam (Ital.). — MERITVS Sarayna cum suis. — 3 ET om. Sar. utroque textu, additur in Italico ab emendatore. — ANTONIANAE · ET emendatur apud Saraynam (Ital.). — 4 CRESTAE Marcan. Sarayna. — post CHRESTAE ins. COR Marcan., ins. SOLI Sarayniana exempla; unde SIO · L · L (scilicet L · CRESTAESIO · L · L) fecit Panvinius in em. ad Saraynam et in Ver. — CONTVBERNALI Sarayna cum suis.

3394 Veronae in museo.

C · CORNELIVS · C · L · SPH
IIII · VIR

Descripsi. Habet Venturi ms. a. 1817.

3395 basis magna. Veronae apud Alex. Carlium, deinde apud Moscardum MOSC. Ab a. inde 1817 in museo philharmonico.

D · M
C · CVRTIVS
AGATHEMER
VI · VIR · SIBI · ET
5 LOREIE · PRISCI
LLE · CONIVGI
MIHI · CARISSIME
ET · Q · CASSIO
VALERIANO · ET
10 TORIAE · OLYMPI sic
DI · AMICIS · CARIS
LOCA · DVO · ET · CETERI
SQVE · MEIS · V · F

Contuli. Habent Moscardus mus. 1656 p. 72 aere expressam (inde opinor Malvasia Ael. Lael. p. 76); Mur. ms. et 2022, 3; Dionisi ms. f. 10.

3396 Veronae in muro coemeterii S. Ioannis in valle VELS. Rep. in muro vetusto, deinde in museo Moscardiano MOSC. Inde a. 1817 venit in museum philharmonicum, ubi vidit adhuc ORTIUS; iam desideratur.

L · DOMITI^{us}
D · IVNI^{us}
IIII · V · IRI

Velseriana f. 18'; Moscardus mus. 1656 p. 72 (ubi aere expressa est), 1672 p. 75, stor. 1668 p. 10; Mur. ms. et 698, 5; Dionisi ms. f. 12' et *apolog. rífless.* p. 56; Juliari ms.; Venturi ms.; Orti ms.

1 DOMITI Dion. ms. Orti, DOMITIV Dion. ed., DOMITIVS Vels. Mosc. Mur. Giul., DOMIT Vent. — 2 IVNI Dion., IVN Mosc. Vent. Orti Giul., IVNIVS Vels., IVNI · F Mur. — 3 IIIV Vent. Dion. ed., IIIIVIR Mosc. Mur., IIII Dion. ms. Giul. Orti.

3397 Pontini (apud Nicesolam) VELS. In museo philharmonico LISCA. Dudum desideratur.

M · DOMIT
POB · MAC
IIII · VI

Velseriana f. 23; Lisca et Cozza p. 237.
3 VIR Lisca.

3398 Veronae in hortulo S. Zenonis.

L · FECINIVS · L · L · PAL · DASIVS
SEX · VIR
VIVOS · FECIT · SIBI · ET
AVGE · L

Servavit Antiquus; habent Felicianus n. 10; Marcanova Mut. f. 116' n. 4; Ferrarinus f. 6'; Malvasia p. 70 ex cod. Vat. 5326 (compilato saec. XVI ex corporibus vulgaribus); Mur. 698, 7 ex schedis Iac. Valerii et Pseudo-Pacedianis.

Vv. divisio incerta. — 1 L · FECINIVS Felic. cum Pseudopacediano, L · ECINIVS Marcan. cum Ferr. Malv. Mur. Fortasse scr. L · LICINIVS.

3399 Azani in ecclesia S. Martini ANTIQUUS. — Inter Mantuanas RED., LABUS.

FIRMVS
VI · VIR
SIBI · ET · M · COELIO
MARCELLINO
5 FILIO · ET
CIPIAE · M · F · MAR
CELLAE · VXORI
T · F · I

Servavit Antiquus. Habent Felicianus cod. Tarvis. f. 218 et in syll. n. 164; Marcanova Mut. f. 130 agri n. 75; Ferrarinus f. 31; Redianus f. 85'; Manutius orth. 199, 11 (inde Ligorius Taur. 18; Grut. 394, 2 ex Manutio); Labus *museo di Mantova* 3, 345 ex schedis saec. XV a Volta adhibitis.

Vv. divisi ad Feliciani librum Tarvisinum. — Hiatus auctores non indicant. — 6 CAPIAE Felic. (Tarvis.). — 7 CELLE Red.